



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Ver. 11. 12. 13.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

VERSUS 11. 12. 13.

Nam semper pauperes habetis vobiscum, me autem non semper habebitis. Mittens enim hac vnguentum ad sepeliendum me fecit. Amen dico vobis, ubicunque prædicatum fuerit Evangelium hoc dicetur, quod & hac fecit in memoriam eius.

QVÆSTIO I.

Quomodo mulierem Dominus excusat?

Primo soluit argumentum Iudæ, v. 11. Deinde probat bonum opus esse. Deinde prædicit fore, ut toto orbe factum laudetur. Hæc omnia eo referuntur, ut probet, quod dixerat. Bonum enim opus operatur in me. Malum opus murmuratores iudicabant, quod pauperibus detraxerunt, & in vsum non necessarium converteretur. Respondet Christus, nihil pauperibus detraxit, vobiscum semper illi erunt, & benefacere poteritis cum volueritis, me non semper habebitis; itaq; trecentos denarios me mortuo in eos impendite. Dicebantur illa præcipue Iudæ, qui furabatur, nec tamen pauperum curam tenebatur. Hinc iam sumptum ferre non possunt, si Maria Alabastrium servasset in multos annos, nemo pauperum mentionem intulisset. At pauperes obtui semper occurrunt, & paucis facultas, multis voluntas benefaciendi deest. *παύροις* inquit omni tempore, omni loco. Vere olim Menander ce-

guenta impendi, prodigique viderent, nec inique ferrent, nec fraudari pauperes quererentur, non debebant esse in Dominum in cruce moriturum tam parci, ut nollent aliquem honorem crucis dedecus pensantem antecedere. Non enim sciebant fore ut Iosephus corpus à Pilato impetraret, ipse cum Nicodemus inungeret. Notandum quod ait *πρὸς τὸ ἐνταφίσαι* ad funerandum; quod non solum sepulturam, sed omnia eo pertinentia significat. Itaque *μύρον ἐν ταφίσαι* est vnguentis delibutum sepelire. Genes. 50. vocantur *ταφιδεῖς ἐν ταφίσαι*, serui qui funera curabant, aromatibus condebant, non autem vespillones. Ægyptij ita corpora condebant, ut domi perpetuo servari possent, Iudæi maxima ambitione & sepulchra, & condituras procurabant: Interim Iudas quasi minui a damno affectus ad facinus magis magisque accenditur, & prodicionis consilium capit ita Hieron. Bedæ, Cyrillus, Hugo Carthus. Barrad. Baron. Maldon. in hunc locum. Antoninus p. 1. hist. 5. c. 6.

QVÆSTIO II.

Quid ex Christi verbis hinc concludant Zuingliani?

S. 1. **M**E, inquit, Ch. *istius non semper habetis*. Non igitur in Eucharistiæ Sacramento Christus est: sed quod corpus suum esse ipse dixit: non est corpus eius, sed figura corporis, ita Calvin. hoc loco. & alij apud Bellar. l. 1. de Sacramento Eucharistiæ c. 14.

Responsio facilis, Christus de præsentia aspectabili, & coniunctu, & familiaritate quotidianâ loquitur: qua videri, audiri, conuiui excipi, vngi, & pasci solebat. Horum inquit in me officiorum opportunitas morte mea finietur. At vero nullo modo negat se inuisibili modo cum illis futurum usque ad consummationem sæculi. Videmus tamen eum quodammodo, ut fide præsentem credimus, & honoramus. Chrysostomus homil. 83. in Matthæum. ipsum vides, ipsum tangis. Venit in mentem tibi quod honore sis honoratus, quâ mensâ fruaris, id namque realitur, quam Angeli videntes tremunt, nec alijque paupere, propter fulgorem, qui inde refert, aspicere possunt, & nos in vnam cum i. lo. m. ssam reducimur facti Christi corpus vnum, & vinctum. Quis p. s. for vngam suis membris vnes suas nris iunt: ipse p. proprio corpore nos alit, & sibi coniungit, & deuincit, &c.

Nobiscum est Christus inuisibili modo.

S. 2. Calvinus non minus maligne mulierem, & Ecclesiam oppugnat, quam Iudas: [Sed notandum est, inquit, defensionis genus, quo utitur, neque enim mulierem rectè fecisse pronunciat, quasi idem quotidie fieri velit. Addit vñctionem propter circumstantiam placuisse. In exemplo trahi non oportere. Mariam occulto spiritus instigat, ad opus extraordinarium vocatam esse. Nullum fuisse mandatum, sed fiduciam certam in Mariâ, ut hoc officium præstaret. Non defendi vñctionem ut imitemur, non fingendos Deo sumptuosos cultus, ornatus, sufficit, cereos. Non confidere nos esse legitimos Dei cultores, nisi in sumptibus sumus profusi. Pecuniam in pauperes erogandam non in sacrificia: vesanam esse eorum obstinationem, qui ludicras res inuito & reculant obtinunt.]

Alia non dissimilia Bullingerus, qui etiam parietes vestiri indignatur.

Constituendum est primo: Sacrificium Christianorum modico egere sumptu, offertur enim Christus ipse, opus est pane & vino. nec minus in cenâ suâ absumunt C. luminari. Nec alij opus est sumptibus, aut profusione: opus est loco in quo sacrificium, poculo, altari seu mensâ, mappulâ, quæ omnia etiam in Sacramen-

Sacrificium paup. egere sumptu.

ἐξ ὧν ὁ πρὸς σου γενεῖ,
ταφιδεῖς ἐστίν, οὗδ' ἐστὶν ὁ μολογῶν,
αὐτὰ προσέκειν τον βουθῆ εἰς τὴν
δεσποῖαν, αὐτεῖς δὲ ἀπὸ τῆ προσδοκῆ.
Difficile est pauperi cognatum inuenire, neq; cum vel vnus factus sit cognatum esse eum, qui opem indiget, semper enim, ut si aliquid peritur, expectat. Atq; hoc quasi per parenthesis interponit de pauperibus Christus. Deinde ostendit car bonum opus fecerit.
S. 1. Mittens enim hac vnguentum hoc in corpus meum: ad sepeliendum me fecit: *ταφιδεῖς* effundens alij iaciens, sed propria est verbi mitto, ista significatio: sic mittere sagittas, ita hactenus mitto don apertus, non per alium sed iaciendo, sic & Syrus *ܐܪܡܝܐ* armeth, qui vnguento iterum adiungit Epithetum, *ܐܪܡܝܐ* *ܐܪܡܝܐ* suauissimum, apud Marcum responder. *Quid habuit hac fecit. Præuenit cor meum vng. re in sepulcrum.* Vngi solebant, & conditi sepeliendorū corpora, præcipue apud Iudæos: itaq; hoc officium ipsa iam anteuerit. Non quod illa Mariæ intentio fuerit, sed quod eo tempore & loco vñtent, ut ad sepulcrum vñxisse posset videri. Atq; hoc Syrus indicat: *Tanquam ad sepeliendum.* Hoc ergo etiam varicinctio mortem certo sibi instare prædixit. Simul ostendit non delectari se odorū fragrantia, & deliciis, sed in mortis, & tormentorum imminentiæ atrocissimâ cogitatione versari: illamq; vñctionem, quæ honoris, charitatis, & lætitiæ exhibebatur, tanquam mortualem pollicituram accipere. Magno & subitū præcedens exemplo vt omni tempore, cum prædictum prospera eueniunt, illa tanquam mortis & sepulcræ ornamenta æstimemus. Hinc vero omnis murmurandi præcisâ erat occasio. Cum enim quotidie, etiam in plebea funera, aromata & vñ-

mentatiorum profanitate requiruntur; lamen addi etiam solet, qui sumptus sine exiguis. Legitimè igitur Deum colunt multi pauperum sacerdotes; nec profusionem impensarum multo & reculant obstant.

*Sumptuum
inequalitas.*

Deinde aliis in locis, ubi maiores sunt vires, opulentiore Ecclesia; sumptus etiam maiores expenduntur. Templum angustiora, ornata, ornatus magnificentior, cerei plures, vestes, & peripetasmata preciosiora, etiam suffitus, & plures carmines. Hæc pleraque apud aduersarios etiam incrementa sumunt. Tempia, sedilia, cathedra, mensa, tapetes, lances, pocula, atque adeo vinum ipsum preciosius est. Nec mirum ipsi Christiani cultiores sunt. Atque adeo multarum Ecclesiarum nostris sunt sumptuosiores, ornatus preciosiores. Nec tamen ideo profusionem eorum accusamus, sed de errore dolemus. Dicere tamen etiam nos & regere possumus. Quorsum ille in templis edificandis splendor in parietibus, in sepulchris, in mensis, in cathedris ornatus. Si Deo illa impenduntur, cur nostros sumptus fugillant? si hominibus: quæ velania est, nobis invidere, quod Deo præstemus, quæ hominibus exhibere se possint? quid si vltimus eorum more argumentari fas erit? Cur igitur die festo compitor ciuitas in templum venit, cur ministri togati indior est sacra luce, cur vxor eius compitor, fasior, nisi & mensa instructior. Quid vero, quorsum tot sericati, torquati, annulati? Nulline inter hæc pauperes eliduntur? Cur non illa cedunt in usus egenorum? Quo tandem tendunt humane cogitationes? templa substructionibus priuatorum superantur, illinitur aurum, saxis, gemmae spondis includuntur, marmora calcantur, serico vestiuntur parietes, supellex argentea scalpro adulteratur, ciborum strues luxuriam iritant, vinum ad ebrietatem ingeritur amicis, nec post ebrietatem cessat crudelitas intemperantiae, ebrii ad certamen reuocantur, & cum tormento, gemituque naturæ lauitre coguntur. Intei hæc clamor est pauperum, famis, nuditas, mors in medio. Vnguentum Domini capiti insulum duntaxat in culpa censerunt. Luxuria instrumenta sua non esse eripienda censent. Hic clamat decoctor, venator, equorum altor, putpuratus, auratus, semisobrius; ut qui dperatio hac? At Mariam defendit Dominus: bonum opus fecit: quia vero bonum ex fide, & charitate fecisse manifestum est. Mandatum non habuit, sed charitas libera voluntatis pro mandato fuit. Non opus erat, inquit Calvinus de vno opere legem præscribi. Verissimum est, nec de altero, tertiove. Si tamen sine lege fuit, dantia Calvinus de deo dperatio a necesse est. At occulto spiritus instinctu fecit. Occulto, non singulari, sed communi charitatis lege Mariam gubernante. Reuelationem hic singularem fingere non est necesse: nam & Simon & Lazarus legem non habebant, quæ Christum inuitare iuberentur, nec Martha imperio, sed amore ministrabat. Opus hoc à Christo laudatum nobis merito est incitamento, ne perditionem esse putemus, si quid Ecclesia ornanda impendamus: Christo enim tribuitur, quod Ecclesia, in quo Christi corpus est, confertur. Non delectatur pompis Deus, (ne fordibus quidem) eos tueri, & amat tamen, qui dilexerit decorem domus Dei. Accepit vnguentum de manu mulieris tanquam ad sepulturam, quamvis non ea causa daret, de manna etiam eorum qui cultum Dei in Ecclesia fordibus melle nolunt accipere, quod fidei charitate fuerit oblatum. Nec Maria laudatur, quod ad sepeliendum fecerit, quasi opus extraordinarium intentione illa operantis bonum fuerit, sed quia fide, & charitate offerebat, ut etiam Bullingerus fateretur. Hæc causa Christus tanquam vñctionem faueralem

*Pauperum
cura.*

*Sine lege
Mariæ vñ
guentum
essudit.*

suscepit: quod non dignaretur facere, nisi tam amice voluntate mulier præstitisset.

Pluris enim suorum officia Deus æstimat, quam ipsi, qui exhibent. De sepultura autem rationem adducit, quod minus obnoxia esset Calumnia. Quæ dicar: Molestus sum, & grauis, quod tuis commoditatibus obstat videor. expecta paulisper, videbis hanc non delictum, sed funeris vñctionem. Vide S. Chrysostomum, Franciscum Lucam. Quod si opus extraordinarium, nulli imitandum, dicere voluisset, non satisfecisset murmuratoribus, nec omnino mulierem excusasset.

Ornatum autem templorum Deus olim serio exegit, Exod. 25. & reliquo libro. 1. Par. cap. vltimo. nec in nouo testamento vetitum est basilicas extruere vel ornare: vide Euseb. l. 9. histor. c. 10. Cyrill. Catech. 14. Amb. l. 2. de officiis. tam vero olim tempore perfectionis mos erat ut auro libarent antistites, anag. n. et. nis sacris affare fixos cereos, ut auarus non ignorabat Iudex apud Prudentium in sacro hymno de sancto Laurentio. Hæc omnia tempore necessitatis in pauperes conferte possunt, & debent. vide Ambro. l. 2. Off. c. 28. Non enim in necessitate seruanda sunt, quæ melius in viua templa erogantur.

§. 2. Denique Christus paucis aduersariis totum Ecclesiæ consensum, laudationemque opponit vñ. Vobis illa perditio videtur. Ego autem aliorum iudicium vestro contrarium annuncio: Vñctionem enim prædicatum fuerit hoc Evangelium in toto mundo. Etiam dicitur id quod hæc mulier: (nam & illa est in Græco) scilicet in memoriam eius & vñ. mulieris. In Græcis est: vñ. virtuosè aliis in libris dicitur magister in testimonium. Exegit inquit opus æternæ laude dignum, non vno in loco, sed omni in Ecclesiâ narrandum, laudandum, ad imitationem propositum. Multi enim eius exemplo, basilicas, oratoria, eorumque supellectilem instruent. Hoc loco contra Iudæos vñ. Chrysostomus, ostenditque verum fuisse prophetam, cum id quotidie fieri videamus, quod ille prædixit. Homil. contra Iudæos. Vñ. me mentis est an dixit verum? Euenit quod prædixit, an fuit inane vñ. inuim. Interrogat Iudæi, eism illes perficeret frontem: aduersus hanc prædictionem non poterit oculos attollere. In omnibus enim ecclesiis appellari mulierem audimus. Sunt Consules, Duces, viri, mulieres, nobiles, illustres, splendidi, in omnibus vñ. & in quacumque vñ. partem deuenis, summo cum silentio audunt omnes vñ. mulieris officium: nec est vñ. mundi. plaga, quæ factum hoc negaret. At qui quot reges multa magna que in vñ. consulerunt beneficia, bella cum laude gesserunt, trophaea statuerunt, gentes conseruauerunt, vñ. condiderunt, & innumeris commodis publicam auxerunt: & tamen cum suis beneficiis silentio reguntur? Item Regina, primariæque femine innumerabili benefacta consulerunt in eos, quibus imperabant, quæ ne de nomine quidem vñ. nota sunt. Hæc autem abiecit mulier, quæ tantum effudit vñ. toto terrarum orbe decantatur. Ne temporis quidam tam immensa longitudo memoriam illius vel exstinxit, vel exstinguet vñ. idg. cum f. vñ. ipsum non esset insignis: quid enim in g. n. et. vñ. effundere? neg. persona esset: celebris erat enim mulier abiecit: neg. multi testes aderant: non inter discipulos res est gesta: neg. locus nobilis, neg. enim hoc fecit per iheaturum transiens, sed in domo decem duntaxat hominibus presentibus?

Quod porro Calvinus ait, nos ita errare, vñ. non putemus nos legitimos esse Dei cultores, nisi in sumptibus profusi sumus, eius est calumnia.

Nos sine omni sumptu animi puritatem esse Dei cultum sanctissimum arbitramur. Sumptus oportet nos suo loco ad decorem huic interdum addendo. λαληθός, i. dicitur. Beza interpretatur: & illud legetur, non sine deprauatione sententiæ. Dicitur enim est in Ecclesiâ, multo ante a doctis, quam le. dicitur.

nunc etiam quamvis legatur à multis, dicitur tamen ab innumerabilibus. Præsumimus enim prædicatum est Evangelium, deinde scriptum: non in Iudæis modò, sed in Gentibus, quarum vocationem etiam hoc loco Christus prædicat.

§. 3. Bullingerus postquam in Ecclesiasticos dixit, quæ dictant splendida bilis, magistratus suos alloquitur. Sane si magistratus, bona Ecclesiastica non legimus, & ita ut instituta sunt sancte, ad ministerij verbi, pauperum publicarumq; calamitarum, sustentationem, sustentationemq; ut pauperes, aut dispensant: si illa converterint in vltus vel priuatos vel prophanos, si neglexerint studia, si non curant pauperes, si res suas, & suum compendium quaesierint, non modo Iudæi similes, erunt Episcopis, Pflaßis & Monachis conuelleriores. Multi enim ex his per ignorantiam peccant: illi vero videntes, quam male cessit his aurum Tolosanum, nihilominus contra propriam conscientiam pergunt se sacrilegio pollueri. Non ignorantes quanta hinc ipsos maneat tormentum. Reuera non est Deo gratiores gratia, quam quæ ex verbi sancto, iustiq; ministerio & ex charitate & misericordia Deo offertur. Proinde sancte Deo litantur, accepta Deo thymiamata adoleuerit, quicquid facultates suas ad sustentationem ministerij verbi & pauperum benignè cõtulerunt Ecclesiis. Vnde necesse est Iudæi similes esse, Deoq; bonâ hinc inuidere fragrantiam quicquid; propter auaritiâ suam incommodat stultis & Pauperibus, dum in suos vltus priuatos conuertunt, quod fuerat publicum, dum sacrilegiis suis ararium expilat ecclesiasticum, ut postea estuendum, aliquidq; sit pauperibus, neg; porro tantum superius, vnde ali possit idoneus verbi minister. Admonere ego omnes, quib; commissæ sunt dispensationes ecclesiasticarum facultatum, ut pietatis & equitatis memores boni & fideles sint dispensatores, malitiosius imitatores esse Stephani fidelis Diaconi, quam Iudæi proditoris perfidissimi. Sed de vltu facultatum ecclesiasticarum dixi copiosius in libro de Functione Episcoporum, cap. 9.

Hæc pro se suisq; sollicitus; decepti sunt enim Ministri, dum Principibus ad Ecclesiæ rapinas concitatis, suam fore prædâ arbitrabantur.

Hic si conferamus quæ hæcenus in Europâ sunt facta, non erit difficile iudicium de magistratibus, quorum in potestate tot, tamq; opulenta sacerdotia fuerunt.

VERSUS 14. 15. 16.

Tunc abut unus de duodecim, qui dicebatur Judas Iscariotes ad principes sacerdotum, & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi constituerunt ei triginta argenteos. Et exinde querebat opportunitatem, ut eum traderet.

QUESTIO I.

Quodnam precium proditoris pactus est?

¶ Les aliquot ante festum nefariam sacerdotibus operam detulit; nam querebat opportunitatem quæ traderet, ita pluculum temporis intercessisse videtur, dicitur vnus de duodecim, ut criminis atrocitas magis elucescat, Iscariotes nominat, ut ab altero Iudâ secernat. Christi respõsõ, & damno magis videretur omnia meditari, ut opes congerat. Luc.

Adami Conzen in Euang. Tom. I.

cas Satanam intrasse in eum testatur: non ut torqueret, sed tentaret, & obsequenti in maius facinus impelleret. August. tract. 62. in Ioan. aut vi alium impulisse, nunc possidere ut proprium. Non itaq; secundum substantiam, ut rectè Didymus obseruauit, sed secundum operationem ingressus est. Itaq; & tota, seu ut Syrus מן הירין Ex tunc querebat opportunitatem ut eum traderet, ita aulor & dicit, addit alia exemplaria a vltis, ipsis. Quamuis etiam Syrus singulari eius inquarandâ occasione industria indicare voluit, cū ait, querebat sibi. Nèpe, ut sine turbis eum traderet, videretur et sperasse rem fore occultâ, ne amicos domini offenderet, a quib; aliquod lucrum latere adhuc scelere sperare poterat.

§. 2. Merces igitur proditori designatur, oī dicitur a vltis & dicitur a vltis, quia appendebantur argentei, ut dixi. Iudæi autem hic est proprium, & ad bilancem pertinet. Hoc precium pactus est, plus sine dubio petiit, sed postquam improbam operâ obtulit, iam vilis haberi cepit, ideo tam exigua stipe contentus recessit. Quod autem eum et acculationem contra Dominum intulisse, eum delictis indulgere, vñctum cernere. Verum ista tum locum non habuerunt, non causa mortis, sed mors querebatur. Non est tamē dubium publice narratum de vñctione fuisse. Quantum precium sit 30. argenteorum adhuc quaeritur. Vix in re aliquâ tanta est varietas sententiarum, quanta in hæc de argenteis quaestione. Qui minimi æstimant argenteum ex triginta argenteis tres aureos conficiant, qui plurimi trecentos. Tantum efficit diligentia computandi, & veteres monetas cum nostrâ conferendi.

S. Ambros. l. 3. de Spiritu S. c. 18. Aureos 30. vocat. Alibi viginti aureis emitur alibi triginta. Quomodo enim poterat verum eius pretium comprehendere, cuius non potest meriti definiri? Erratur in pretio, quia erratur in studio. Viginti aurei in veteri testamento venditur, triginta in Euangelio. Pretiosior enim Typo veritas: largior gratia, quam disciplina. Optior lege præsentia: quia lex præmisit aduersum, legem aduentus impleuit. Viginti aurei emunt Ismaelita, triginta Iudæi. Nec hic figura mediocri, ad sacrilegium perfidis largiores quæ ad salutem fideles sunt. Vtriusq; tamen contractus considerare conuenit qualis item. Viginti aurei, pretium seruicij: triginta aurei crucis sunt.

Fustra autē de obliuione & negligentia eum accusant. Septuaginta interpretes Gen. 37. Kai d' aridulo rōi defens. Iosaphat rois iō quæritur eum in xpo an, vendiderunt Ioseph Ismaelitis viginti aureis: q. s. l. argentei, qui in Hebræo leguntur illam summam æquarent, sic in illo collatione pecuniæ existimant et Ambro. Eodem tamen capite ait Iudam triginta denariis vendidisse, itaq; non potest denarios, quales suo tempore erant, existimasse.

Rupertus l. 10. in Matth. & Glossæ etiam denarios 30 asserit, decimam trecentorum. Item D. Thom. & Budæus l. 5. de ass. Sed Budæus in eâ opinione cõstans non est, nam vnum ex his argenteis vidisse se ait Patissius, visumq; sibi constituere duas argenti drachmas. Egesippus in anacephalæosi etiam denarios esse existimat. Itaq; tres, aut summum quatuor aurei inde conficerentur. Non est credibile sacerdotes tanto in metu, odioq; non plus æstimasse Christi sine tumultu apprehensionem, præsertim cum ex publico, non de suo darent. Nec Iudas tam facili negotio in scelus induceretur. Alia postea argumenta adferam.

Iansen. Siclos triginta existimat. ita Abulens. in 4. Reg. 6. Vatablus hoc loco. Iosephus l. 3. antiq. c. 4. Siclos sanctuarij valere quatuor drachmas Atticas. quæ est etiam summa stateris. Vide Hier. in 4. Ezech. Mon. tantum in apparatu. Eam sententiam multi, etiam nos. Paulus maximus. Barradius sequitur. Septuaginta communē duab; drachmis definiunt, Exo. 30. & Len. 27. vbi Siclus est didrachma. Mirum est, & absq; vlla dubitatione fictu Illirici commentum in Scholis anno 1572. Leipzæ precium editis.

Tt